

**M0016911: Explanation of plate X, from Spiegel: Tabulae anatomicae
LXXXIIX, 1632**

Publication/Creation

1958

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/yvex777j>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

TABVLÆ DECIMÆ EXPLANATIO.

Cerebro in eodem situ relicto, eadem sane qua præcedens figura representat, expressius tamen nonnulla etiam singularia addit. Exactius quidem ostendit Spinalem medullam, detectam, & liberatam à sua membranula cum omnibus qua sub ea continebantur, infundibulo, inquam, glandula pituitaria, arteriis, & nervis. Nova autem demonstrat, tum excisa portiuncula cerebri in dextra parte, tum eadem ad superiora reuoluta in sinistra, ut est Rete mirabile, & eius cum plexu choroide connexus.		dd eaque in plures arteriolas dd per tenuem cerebri membranam dispersas, absumitur. Secundus exterior, e, reflexus, in cerebri priores ventriculos abit, diuisus prius in multos furculos ff, qui cum furculis arteriæ Cervicalis hk vniuntur, ii.	
AAAA	Cerebri substantia tenui membrana tecta.	LL	Rete mirabile dictum, ab hoc arteriarum carotidum ramo constitutum.
BB	Cerebellum.	M	Anterior tertii ventriculi pars vulvam referens, ad quam foramen ad pelvim ex tertio ventriculo tendens, situm est.
C	Portiuncula Cerebri, quæ Rete mirabile LL contegebat, in dextro latere ad superiora reuoluta.	N	Pelvis in glandulam desinens.
aa	Vestigium portionis Cerebri, in dextra parte excisæ.	O	Glandula pituitaria.
DD	Spinalis medulla detecta iam & libera à sua membranula, in qua arteriolæ per ipsius superficiem excurrètes advertendæ.	PP	Portio plexus choroidis, in quam ramulus vnus Retis mirabilis definit, & ipsi connectitur.
EE	Nervorum opticom, seu primi nervorum cerebri paris, portiones.	QQ	Tubercula quædam (ut ita dicam) Cerebri, quæ plerisque Anatomicis Processus mammillares dicuntur.
FF	Octavum par nervorum cerebri, sive Organa olfactus.	RR	Cervicales arteriæ ab aliis, à Spigelio Vertebrales dictæ, quod per vertebrarum colli transversorum processuum foramina ascendant, hoc loco à suo principio abscissæ. Hæ vbi ad cranium fere peruenerunt, per primum occipitis magnum foramen vna ingrediuntur, moxque sub spinalis medullæ, quod in ipso est, principio, DD, vniuntur S, sicque sub media cerebri basi versus anteriora recta excurrunt: at vbi iam sellam ossis cuneiformis, glandulæ pituitariæ dicatam, attingerunt, circa T, in duos ramos diuiduntur, dextrum & sinistram, gg, qui in furculos infinitos hh dirempti, cum arteriæ carotidis interioris furculis ff. vniuntur iii, plexum choroidem PP constituunt.
GG	Nervorum oculos moventium, seu secundi paris, portiones.	S	
HH	Nervorum quinti paris portiones.	T	
II	Nervorum sexti paris portiones.	gg	
KK	Ramus maior interioris Carotidis arteriæ, qui sub dicta Cerebri portiuncula C latebat, vtrinque conspicuus. Ab hoc duo alii nascuntur, primus, interior b, qui cum suo coniuge alterius lateris b, vnitur prope c, post-	hh	
b		iii	
bc			